

Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

Comparati mihi
Witzeb.
p. mat. 12. q.
p. hinc. 4. q.
Al. Joh. Reibel.
1624.

CHRISTOLOGIAS
SACRÆ

Disputatio Quadragesima Quarta.

DE

ASCENSIONE
CHRISTI IN
Cœlum,

Quam

Annunte *Θεανδρώπω*

SUB PRÆSIDIO

Dn. BALTHASARIS MEISNERI
S.S. Theolog. D. & P.P.

*In Collegio privato ad disputandum
proponit*

M. CHRISTOPHORUS KIRCHERUS
Augustanus.

*Habebitur ad diem 9. April. horis po-
meridianis.*

In Auditorio minori.



VVITTEBERGÆ,

JOHANNES GORMAN, Excudebat

Anno MDLXXX.

CHRISTOPHORUS

ASTORIA

CHRISTOPHORUS

CHRISTOPHORUS

CHRISTOPHORUS

CHRISTOPHORUS

CHRISTOPHORUS

CHRISTOPHORUS

CHRISTOPHORUS





Π Ρ Ο Ο Ι Μ Ι Ο Ν .

Non abs re D. Bernhardus pul-
 chre admodum Ascensionem Chri-
 sti in cœlum felicem totius itine-
 rarij ipsius clausulam nominat,
 quia non tantum sublimi hac
 clausula conclusum est beatissimum illud
 iter, sed etiam toti Evangelicæ historie fi-
 nis imponitur, quem terminum historie Christi
 constituit D. Apostolus Petrus. Ille enim circulus
 aureus radiante concluditur gemma; eundem
 in modum itineris Christi circulus plusquam au-
 reus, ascensione veluti corruscante gemma ter-
 minatur. Vis circulum itineris cernere? En
 Christus ipse monstrat; Exivi à Patre & veni
 in mundum; iterum relinquo mundum & va-
 do ad Patrem. Christus ut genus humanum re-
 dimeret, quinque mirabiles fecit saltus. Veteres
 dixerunt tres tantum fuisse, primum de cœlo in
 Virginis alvum, quem fecit propter nos & no-
 stram salutem, ut Symbolum Nicœnum loqui-
 tur. Secundum, quando descendit ad infernum.
 Tertium, quando ascendit in cœlum. Recentio-
 res tum ex prædicto capite, tum ex alijs Scri-
 pturæ locis quinque numerant, quos D. Gregori-
 us his verbis recenset: Vultis saltus ejus cogno-
 scere? De cœlo venit in uterum virginis, de ute-
 ro venit in præsepe de præsepio venit in crucem,

Serm. 2. de
Ascē. Do-
mini.

Act. 1, 22.

Joh. 16, 28.

Hom. 29.
in Evang.



de cruce venit in sepulchrum, de sepulchro rediit in cœlum &c. Omnium igitur finis fuit ascensio in cœlum, quæ totius dispensationis divinæ complemētum fuit. Hæc a. ab Evāgelistis breviter describitur, latius, uberius & ex professo à Luca in Actis: ideo, quæ ad eam pertinent ex dicto libro hic referre, & Evangelistarum descriptioni conjungere voluimus. Ne v. ἀναδυσῶς καὶ ἀμετόδως agere videar, duo membra tractabo. 1. Erit de veritate Ascensionis Christi in cœlum. 2. De Utilitate.

THESIS I.

Antequam ad propositum accedamus, lubet æquivocationem vocis ἄνω ascendere evolvere, quæ πολύσημος est in S. Literis, & interdum ἀνθεωποπαθῶς de Deo dicitur Gen 17, 22. interdum proprie de loci mutatione, & ab inferiore ad superiorem migratione intelligitur.

I. In loco de persona Christi ascensus in cœlum longissimè differt ab abitu ad Patrem: ille n. ingressum in gloriam Patris post redemptionis opus in terris peractum; hic v. nequaquam tantū progressum de loco uno in alterum significat. Proinde verbum ascendere in propria significatione accipitur: cui è diametro respondet verbum descendere, in reditu ad extremum iudicium, juxta illud Act or. 1, 11. Conser. 1. Thess. 4, 16. Matth. 25, 31.

III. De ascensione ergo Christi in cœlos affirmamus, quod non sit vel ἀφανισμὸς i. e. disparitio

sparsio aut evanescencia corporis subita, qualis describitur Luc. 24, 31. Ubi Christus Salvator noster mensa assidens in momento coram discipulis Emaunticis, sit ἄφρων: vel nuda ἀοργία, sicut jam olim aliquoties divina virtute semetipsum inconspicuum fecerat.

Luc. 4, 30.

IV. Diversum n. planè historia testatur Evangelica, cujus longe planior est litera, quam quæ facile eludi queat. Insignem igitur injuriam Ecclesijs nostris affricare student Sacramentarij.

Joh. 8, 59.

V. Neq; μὴ μόνον quædam est, qualis depingitur Matth. 17. multò minus dissolutio corporis Christi in quatuor elementa, quæ olim Appellitarum furor, de quibus D. Augustinus: vel affixio corporis Christi ad sidera, & maxime corpus solare, quæ olim erat Manichæorum & Hermianorum (qui & Seleuciani dicti sunt) insania, Vide ibidem.

De hæres.

ad Quod vult d.

C. 29. de Manichæ:

Faustus Socinus in

Resp. 1. ad Paren. An.

dr. Pol.

VI. Neq; raptus quidam ut Photiniani recentiores finxerunt, Christum bis ascendisse in cœlum. 1. ante mortem suam, quem ex raptu Pauli in tertium cœlum demonstrare voluerunt, argumentando à minori ad majus. Sed. 1. Absq; fundamento Scripturæ passim pleniq; velis agunt. 2. Imò causa fictitij hujus ascensus ab Adversarijs allata figmentum ipsum refutat.

VII. Neq; phantasma fuit, vel inane per ludicras prestigias concinnatū spectaculū, quia videntib. cūctis Apostolis factū testatur Lucas, qui proficiscētē, πρὸς οὐρανὸν (quæ locutio motū de

Act. 1, 9.

loco ad locum disertè exprimit donec) nubes ipsam susceperit, intuentes dicuntur ἀτενίζοντες ἢ ἄρρανόν i.e. intentis, defixis & immotis cælum contemplati fuisse oculis in quod Christū viderint sublatum. Id n. Grecis est ἀτενίζεν fixis & immotis obtueri oculis amantium more. Desinant proinde Calviniani more solito calumniari.

VIII. Verum est vera, visibilis & realis translatio corporis Christi de loco in locum, nempe ex loco inferiori ad superiorem, & Ἐπι-κὴ μεταστάσις nature assumptæ, ut deinceps Ὁ Φαλμοθαυερώς probabo.

IX. Melius a. fieri nequit, quam, uti aliàs τὸ ῥητὸν in omnibus fidei articulis, præsertim in historica eorum descriptione, arctè tenere solemus, hoc in loco faciamus. Probari id potest ex fundamentis aliquot illustribus Scripturæ tum V. tum. N. Testamenti.

X. I. Ex V. T. duobus modis i. A prædictionibus & vaticinijs. Ex Prophetarum oraculis maximè perspicua sint dicta i. Psalmorū Ps. 47, 6, 7, 8, 9, 10. Hic Psalmus consensu Doctissimorum Hebræorum intelligitur de Messia, invitans omnes gentes ad exaltationem animi ob Christum triumphatorem, commemorans ejus in cælos subvectionem eminentis gloriæ, augusti decoris, & majestatis amplissimæ claritate conspicuam, qua consideat in S. S. solio suo. Ps. 68, 19. qui locus non aliter quam de Messia intelligi potest

potest. Nam eadem de Propheta David prædixit, quæ D. Apostolus Paulus in Ecclesia Ephesina de Christo prædicat, quorum tria sunt: 1. Ascensus eius Ψ 85, qua phrasi verus & historicus Christi ascensus describitur 2. Triumphus de hostibus spiritualibus nimirum. 3. Fructus ascensionis, nempe munifica donorum communicatio erga pios, expectantes alterum adventum eius. Quæ cum adeo clara sunt, mirum est, quod Calvinus scribere audet, verba hæc à Paulo detorqueri ad Christum. Longè rectius Fr. Junius, omnino id ipsum docere Apostolum scribit, quod olim propheta voluit, & rem ipsam loqui, sensum esse genuinum, ad quem respexit Paulus. Hæc ille, quæ ibi fusius persequitur. D. Hieronimus docet in Psal. 103, 19. haberi vaticinium de Ascensione Christi. Et hunc quoque locum ita explicat D. Augustinus.

XI. 2. Prophetarum. Dan. 7, 13, 14. Ubi Propheta in somnijs ostensum fuit, quomodo Christus, peracto redemptionis opere, in cælum venerit, & ad dextram Patris sit collocatus, devictis hostibus. Zachar. 14, 4. qui locum quingentis ferme annis expressit, nimirum montem Oliveti.

XII. Typo. Hujus rei typum gessit Summus Sacerdos V. T. qui cum sanguine, expiationis die semel ingressus est; qui typus explicatur ab Apostolo. Plures recenset Dn. D. Gerhardus.

XIII. II. Ex N. T. testimonia partim sunt

Eph. 4, 8.

Vide Dn. D. Hunniū p. m. in Calv. Juda, p. 163. Lib. 2. Parall. Par. 56 p. 1141. Dn. D. Baldui. præc. meū h. in Epist. ad Gal c. 4. Tom. 8. Oper.

Lev. 16. Heb. 7, 8, 9 In Harm. Evang. 6. 13. p. 538.

historica, partim didactica, de hoc doctrinae articulo sunt cōsideranda. Prioris ordinis sunt Marc. 16, 19. Luc. 24, 51. Act. 1, 9. Posterioris generis sunt, 1. Christi Ioh. 6, 62. Ioh. 16, 28. 20, 17. & c. 2. Apostolorum, ut Petri Act. 3, 21. & Pauli Eph. 4, 10. de quibus postea fusius & ex professo.

XIV. III. Ex emphasi omnium verborum, quae ad a-struendam huius articuli veritatem, magnam vim habent & in sese continent. 1. Marcus n. c. 16, 19. ἀνελήθη i. e. sursum receptus est. Describitur a. terminus a quo & ad quem huius ἀναλήψεως Act. 1, 11. & 22. de quo posteriore D. Paulus ἀνελήθη ἐν δόξῃ. Tim. 3, 16 Unde Veteres ἀνάληψιν vocant. Sunt qui accipiunt pro ἀνω ἐλήθη, quod facile admittimus, non v. de ἀνω si pro iteratione quis sumere velit. 2. Lucas. 14, 15. διεῖσθαι ἀπ' αὐτῶν disunctus est vel recessit ab eis, ut Act. 27, 28. quod de quavis loci mutatione aut abitu Christi accipitur, quia subiungit statim verbum ἀναφέρει q. d. ἀνω φέρει i. e. sursum ferri, ut Matt. 17, 1. Marc. 9, 2. LXX. pro ἤγειρον quod per χωρίζειν. Διαχωρίζειν vertunt. 3. Act. 1, 9. ἐπήγει quae vox motus ex loco in locum certissima nota est. LXX. hac voce utuntur pro ἤγειρον Jerem. 13, 15. ἤγειρον Iob, 41, 18. ἤγειρον Gen. 7, 17. ἤγειρον Nehem. 8, 8. ἤγειρον Exod. 7, 20. Psalm. 74, 5. quae significationes omnes huc quadrant. Non a. elevatus est, sed νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτόν, Act. 1, 9. non in sese ἀφένθη factus sit, sed quia altius & longius profectus est, & iam completur quod Prophet a Dan. 7. 13. vidit. Adde quod Apostolos omnium spectatores & αὐτόπρους esse voluit, ut tanto certius eorum esset testimonium. Unde illud: Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem. Vide Dn. D. Gerhård. in Harm. Evang. p. 526.

XV. Ex haecenus dictis elucescit rei gesta veritas, verā nimi-

rum

rum & realem esse ascensionem, veramq³ receptionē ex inferiori loco in superiorem, qua demonstrat a recta convertimus ad causas.

XVI. Vbi statim sese offert Efficiens ascensionis Christi causa, quæ est omnipotens Dei virtus, à qua minime excluduntur Filius & Spiritus S. Vel enim essentialiter sumitur vel personaliter: priori modo est commune trium personarum opus, quia ad extra est & indivisum: posteriori modo & in specie tribuitur Deo Patri & Filio, Patri Act. 2, 33. 5, 30, 31. Eph. 1, 20. Filio Io. 3, 13. Ioh. 20, 17. Eph. 4, 10. 16. XVII. Hinc Mich. 2, 13.

וְיֵשׁוּעַ dicitur, nostrā nimirum causa. Ut n. non sibi sed nobis incarnatus; non sibi, sed nobis legi subjectus; non sibi, sed nobis passus, crucifixus & mortuus; non sibi, sed nobis resurrexit ex mortuis: ita etiam non sibi sed Nobis ascendit in cælum, & quum sit primitiæ generis nostri, quando in cælum ascendit, nos coram Patre in se constituit, obtulit & commendavit.

XVIII. Non Ergo aliena sed propria virtute & potentia tum ea, quam secundum carnem (quod Calviniani strenuè negant) ex Unione verè divinam accepit, quam ea, quæ divinitatis est propria, corpus suum ad cælos evexit. Vide Thomam etiam. Part. 3. q. 57. a. 3.

XIX. Atq³ hinc patescit differentia specifica ascensionis Christi, cujus simile exemplum nullum in Natura rerum dari potest. 1. Alij in cælum elati discessum prorsus fecerunt ex hoc mundo, ut Enoch & Elias. Christus v. presentiam suam interis promisit. 2. Alij cælo recipi dicuntur: Christus cælū ipsum occupasse scribitur. Act. 3, 21. 3. Alij in cælum assumuntur & manent: Christus v. Cælis ipsis superior factus dicitur, cælosq³ d-

psos penetrasse; imo ὁ περιεβόη πέντων ascendisse. 4. Ascendit Christus solus ita in coelum ut sedeat ad dextram Majestatis divinae, quod nulli vel angelorum vel sanctorum in omnem eternitatem obtingit.

XX. Nubes, quae se ad montis verticem demisit, Christum suscepit & subduxit e conspectu Apostolorum, non veluti currus Eliæ, ut esset adminiculum Christo ascendenti per modum vehiculi, quia tantum abscondit ipsum, seu ut Syrus Interpretes vertit, Occultatus est.

XXI. Fuit ergo nubes ista 1. Symbolum gloriae & majestatis, quae inde apparet maxime illustre, quae exaltatus. 2. Simulacrum praesentiae Christi post ascensionem in caelos. 3. Admonitio ne rationis decempeda mysterium metiamur, sed potius cogitemus velamen nubis interpositum esse.

XXII. In V. T. similiter gloria Dei Israelis super tabernaculum $\chi\epsilon\iota\sigma\tau\epsilon\pi\omicron\iota\eta\tau\epsilon\nu$ in nube apparebat. Num. 9, 15. Recte igitur Beda: Illicq; creatura creatori suo praestat obsequium. Astra judicant nascentem: patientem obnubunt: nubes recipiunt ascendentem: redeuntem ad iudicium comitantur.

XXIII. Materia siue subjectum quod ascendit est proprie humana natura, quia secundum divinam naturam non potuit ascendere.

XXIV. Et licet humana natura sola non ascendat, sed persona, quae Deus & homo, cuius est agere & operari (Sunt n. suppositorum) ascendat; tamen divina natura per se non ascendit, quia juxta Thomam, Part. 3. q. 57. a. 2. Deitate nihil altius & sublimius, quo possit ascendere, quandoquidem illa est immobilis & illocalis, sed Deus secundum humanitatem ascendisse credendus est.

XXV. Et ita S. Scriptura loquitur Ps. 8, 6. Dan. 7, 9, 10.
actor.

Act. 2, 3, 6. Apoc. 5, 12. Hinc Gregorius: Lib. 2. cōt. Maxim.
Homil. 29. Illa natura, cui dictum est, Terra es, & in terram
ibis, hodie in cœlum ibat.

XXVI. Porro dum Christum secundum humanam natu-
ram diximus ascendisse, non sustulimus ejus veritatem, ut
Photiniani miserè sentiunt. Nā ἁγία non fuit mutata, quia
mansit idem corpus, sed non iisdem qualitatibus præditum.
2. Post ascensionem non tantum filius hominis vocatur, sed
etiam pluribus describitur verbis. Apoc. 1, 13.

XXVII. Augustinus Lib. de fide & Symbol. c. 6. re-
fert, fuisse Ethnicos, & hereticos, quibus religio Christiana
hoc potissimum nomine invisa erat, quod ex scriptura palam
docuerit, corpus terrenum esse posse in cœlo. Quid a. aliud fa-
cit Ostorodus Inst. c. 14. & sociennes, dum ineptissime ne-
gant, corpus spirituale posse habere carnem & san-
guinem.

XXVIII. Nam D. Apostolus 1. Cor. 15. in hac locutione duo
coniungit: 1. Corpus. 2. spirituale nempe substantiam &
qualitatem. Nam verè corpus in loco Paulino est & spirituale
& animale, id quod ex scopo & contextu Apostoli manifestū
est. 2. Corporis nomine cum de homine ferma est, tota compa-
ges omnium humani corporis partium intelligitur. 3. Christus
ipse dicitur filium hominis videbitis, venientem in nubi-
bus cœli. Matt. 26, 64. Corpus a. spirituale videri nequit teste
Christo. Luc. 24, 39. Planum hinc est, sermonem esse de corpo-
re animali. Videatur Dn. D. Menzerus in Exeg. A. C. p. 750.

XXIX. Objectum ascensionis, quo ascendit est cœlum.
Ubi sane cœli appellatione non notatur 1. Aër, qui & ipsum
cœlū in S. Literis nominatur. Gen. 1, 26. 2, 19. Lev. 26, 19. Matt.
6, 26. Luc. 8, 5. Si n. in his cœlis, ait Augustinus, locus Dei esse
crederetur, meliores meritò forent aves, quippe quorum

vita

vita Deo est vicinior. 2. Neq³ illud cœlum stellatum Genes.
25, 15. Scriptura n. dicit ascendisse supra omnes cœlos, pene-
trasse cœlos & factum esse sublimiorem cœlis.

XXX. 3. Neq³ cœlum quoddam Empyreum, quod
purum putum cerebri Scholastico-Calvinistici. De quo
Thomas p. 1. q. 68. c. 4. phantasma est. Etenim Ens est ima-
ginarium, ad similitudinē carnalis somnij de Cœlo Thalmu-
dico & Mahometico accedens quam proximē, à Calvinistis
presumptum, ex Scholasticorū lacunis petitum) Vide quē
Keiserspergius ex Roseto & Bernardino annotavit.)
Verbo Dei prorsus contrarium, & à nostris Theologis jam
dudum eversum.

XXXI. 4. Neq³ etiam est tantū sedes & Domicilium illud
Dei gloriosū ac beatū, in quod animæ Beatorū, cū S. Angelis,
Moses, Elias, Enoch, & S. qui resurrexerūt, assumūtur. Quod &
quale sit Oculus nō vidit & c. Es. 64, 4. 2. Cor. 2, 9. credimus ta-
mē esse, quia hoc expresse Script: docet, & propriā esse B. animis.
Ex hoc relegamus Numā, Socratē, Hercule, & reliquā homi-
nū infidelium, colluviē quos perverse Eras. & Zwin. eo collocāt.

XXXII. Relinquatur ergo, quod per cœlū, in quod Christus a-
scendisse dicitur, intelligendū sit 6. In finitū Dei regnum &
thronus quē sua omnipresentia & infinito imperio occupat,
à quo omnis respectus localitatis & circumscriptionis Physicæ
facessere debet.

XXXIII. Nam. Ipse Salvator hoc inculcat Iob. 20, 17. dum
phrasi illa Ascendo ad Parrē meū iudicare vult, se victā jā
morte & diabolo in gloriā suam ingressurū esse & c. Equipol-
let igitur ascensio Christi ad cœlos huic Ascensioni ad pa-
trem, quem cœli cœlorum capere non possunt, qui cœlum &
terram implet, non quidem locorum spacijs, sed sola beatitu-
dine, gloria ac majestate potentie eterna & infinita, ut ex-
plicat D. Augustinus Lib. 1. de Serm. Dom. in monte.

XXXIV. 2. Idipsū D. Petrus explicat Act. 2, 33. dū ascensionem Christi per sessionem interpretatur. Et licet sint distincti articuli, magnam tamen cognationem invicem habent, terminus ascensionis & collocatio ad dextram patris, quod haud obscure innuitur. 1. Pet. 3. & in Augustana Confessione Art 3. pie traditur.

XXXV. Ibi igitur cœlum hoc, ubi dextra Dei, quæ non est locus, nec ullo loco includi potest, quod per pēdēs Calv. sup. c. 3, Act. & sup. c. 5. Matth. ipse, vi veritatis adactus, affirmavit.

XXXVI. Hinc nostræ assertioni contrariatur Bellarminus lib. 2. de Incar. c. 12. dum ait, Cœlum illud esse corporeum, quia cœlum & terra in Scriptura opponuntur tanquam ejusdem nature. 2. Ea dicitur sedes Dei. Verum dico ad 1. Quod ex falsa hypothese presupponat, quæ prius probanda. 2. In illis locis, quæ adducuntur cœlum diserte nominatur thronus DEI. Anne erit corporeus? Ἄ τοπον ἢ ἄθε-
λον 3. Ex pronunciato philosophi lib. 1. de cœlo. c. 9. Extra cœlum neq; locus neq; tempus est. ad 2. pueriliter ex phrasibus ejusmodi colligere illos. Longe rectius Augustinus l. 2. de ser. Dom. in monte. Non spacio locorum continetur Deus. Et lib. de Cognit. Vitæ veræ: Deus ipse sibi locus est, vilescat totum, quicquid præter Deum est, qui nos tuetur in loco vitæ hujus, ipse post vitam sit locus noster.

XXXVII. 2. Calviniani, ex multis locis probare volunt, Christum per ascensione venisse ad locum creatum, Martinus p. 526. in Cath. fide. tum quia Scriptura ipsa ita vocat, tum ex consimilibus alijs.

XXXVIII. Cui oppono 1. Regulam Procopij in c. 3. Esa. Ἄνθρωποις ἔσιν, ἀνθρώπων ἢ γρῶσθι ἂν λέγεται. 2. Dico quod vocabulo loci non semper corporale ambiens notetur Esa. 26, 21. Os. 5, 15. 3. Scriptura dicit, Ascendisse ὁπερ ἂν πάντων ἔργων Eph. 4, 10. Ergo in creatis non mansit. Ubi notan-

dum, quod Græci observarunt, Quando vox hæc ὑπερῶν absolute ponitur, significare eam in cælo, quando v. genitivus additur esse longè, super & supra, ut Eph. 1, 21. 4. Cæli creati aliquando perituri sunt Ps. 102, 27. Christus a. in cælo suo manebit in perpetuum. 5. Fr. Juniū Part. 2. Ope. Theol. p. 600. illis oppono: Non solum in cælum, sed etiam supra omnes cælos ascendit: ac proinde cæli sunt infra ipsum, terra utrisq; inferior.

XXXIX. Quanto modestius ergo scripsit Justinus in Dial. cum Tryph. p. 279. quam illi: ὁ ἄρρητος καὶ παρὰ τὴν φύσιν πάντων ἕτεροι ἀφικταί, ἕτεροι παρὰ τὴν φύσιν καθεύδει, ἕτεροι ἀνίσταται, ἀλλὰ ἐν τῇ χώρᾳ ὅπως ποτε μένει.

XL. Forma seu modus ascensionis, spectatur nō tantū in visibili illa corporis Christi ad superos elevatione, qua vera translatio & visibilis nubibus & cælo isto spectabili clausa fuit, sed ulterius Christus ascendit, ut sedeat ad dextrā Patris.

XLI. Duo igitur actus sunt ascensionis: Visibilis unus; invisibilis alter. Ille communis dicitur, quia angeli etiam, Enoch & Elias in cælum ascendere dicuntur: hic v. proprius, Dextra Dei, ad quam consedit, id quod nulli hominū, imo nec ulli angelorum competit. Heb. 1, 13.

XLII. Illius terminus à quo est mons Oliveti: spatium per quod, aër: terminus ad quem, nubes.

XLIII. Actus v. in visibilis est triumphus Christi in nubibus cæli, usq; ad sedē Majestatis divinæ habitus. Hujus terminus ad quem, est ultimus terminus ascensionis, nempe cælum ὑψηλότερον, quod propterea non est locus quia terminus ad quē, non est semper locus.

XLIII. Calviniani dissentiunt, & dicto illo Act. 3, 21. nos ferire sat agunt. Calvinus n. Beza & multi alij ad ambiguas locutiones (Græci vocant ἐπαμφοτερίζοντα) referunt.

XLV. Verum obstat 1. Regula fidei quia non est λογλας Spiritus S. neq; ludit S. Scriptura amphibolijs & ambiguitatibus. 2. Logica συνα' Φδα, quia transponunt subjectum in locum predicati, quum tamen articulus α'να Φορικis distinguat subjectum a predicato. 3. Grammatica συνεχδα, quia τὸ δέχεται est media vocis notans preteritum quia, est α'ορις. Nunquam etiam passive sed semper ενεργητικως usurpatur. Sensus igitur hic est: Christum oportet caelum suscepisse, nempe statuto divinitus tempore, post resurrectionem a mortuis. Plura vide apud Cla. Dn. D. Menzerum in Anti Mart. p. 49. & Dn. D. Meisnerum in Phil. Sob. part. 1. p. 411. 412.

XLVI. Vocabulo caeli, in loco Paulino, raptum esse in tertium caelum, 1. Cor. 12, 2. non intelligitur supremum seu extremum caelum, uti Sacramentarij semper, si modo nomen illud de statu caelesti agere vident, interpretantur, sed domicilium & thronum DEL.

XLVII. Nam hic caelos numerare ratione loci non oportet, sed tertium caelum vocatur κατ' ἐξοχην praestantissimum illud caelum, quod Paulus v. 4. paradysum, id est, statum seu locum caelestem beatorum, in quo Deus electis suis se conspiciendum praebet, ineffabili cum gaudio, perpetuaq; cum gloria. Quod si quis numerum praecise attendere vult, opponim; ei illud Hilarij; De numero caelorum nil sibi praesumat humanae naturae temeritas. Vide Cl. Dn. D. Meis. in P. S. par. 1. p. 811.

XLVIII. Porro nec illud pretereundum, quod ex ascensione Christi colligit Nahu in Conc. p. 467. Pierij contra Dn. D. Menzerum & c. & reliqui Calviniani: Christus ascendit in caelum ex hac terra, & in eo mansurus est usq; ad extremum iudicium. Ergo longissime ab Ecclesia militante abest a terra.

XLIX. Verum nulla inest vis, quia varij sunt modi praesentiae. Non n. sequitur Christus naturaliter, visibiliter & ordinariè non est praesens. Ergo nullo prorsus alio modo sese in Ecclesia sistere potest, ὑπικη & φουσικη saltem παρυσια sublati est Christus. 2. Quod a. Christus ordinaria ratione in terris visibiliter non adest, id speciali οικονομιας gratia nihil petrabere potest. Apparitionis n. Christi eiusdem, & qui


ascendit & qui visibili conversationi finē imposuit, exempla habemus. Sic Stephano apparuit Act. 7, 56. Sic D. Paulo videndum se præbuit in via Damascena Act. 9, 17. Et plures ejusmodi visiones illi fuere Act. 26, 16. Hujusmodi Corinthi oblata Act. 18, 9. & Jerosolymis. Act. 23, 11. de quib. ait. 1. Cor. 9, 1. Nonne vidi J. Christum, & ex quibus certitudinē resurrectionis Christi confirmat, 1. Cor. 15, 3. Ille jam ascensus in cælum suam præsentiam in terris pollicetur Matt. 28, 20, 4. Non simpliciter ascēdit, sed ὑπὲρ ὅλων πάντων ἑραῶν, ut impleret omnia. Eph. 4, 10. non γομῆ τῆ θεότητι, sed & σαρκωδεῖς, ut Oecumenius loquitur. 5. καὶ βίαιον ergo invertimus: Imo quia omnibus cælis factus est sublimior. Heb. 7, 26. ita ut oportuerit ipsum cælum accipere Act. 3, 21. i. e. regnare. 1. Cor. 15, 25. ideo etiam corpore suo esse potest, ubicunq; vult esse, sine læsione veritatis sui corporis, etiam si modus, quo id fieri possit, ad regulas & proprietates physicas non quadret. Omnia n. possibile sunt DEO, qui de corpore suo facit, quidquid vult, & tamen manet corpus, ait Augustinus.

L. Ad reliqua jam me conferrem, si pagellarum angustia non obstaret.

LI. Hæc meditatio Ascensionis Christi 1. Prodest ὡς παράκλησις. Illa n. redemptionis nostræ & legationis suæ negocium consummatum. Nam propter peccatum mancipia Satanae eramus, & ob id cælum clausum. At hoc habitu suo Christus cælum reseravit & veram ascendendi viam monstravit. Ascendit Christus in cælum corpore, nos quoq; vult ascendere corde. Ascendamus cum Christo corde; ut cum dies eius promissionis advenerit, sequamur & corpore. Augustinus serm. 175. de Temp. Ad hanc hortatur D. Paulus. Col. 3, 1. Cælum nostra patria est, Cœlestem ergo & futuram inquiremus civitatem. 2. ὡς ἡμεῖς θεοῖαν Sanctitati studendū nobis, quia Christus θεὸς ἰσχυρὸς victor mortis & Satanae, in cunctis actionibus præsens est. Tria ergo o homo in cunctis actib. respicias 1. DEUM. 2. Proximū. 3. Te ipsum. Erga DEUM, εὐσεφῶς vel piē, erga proximū δικαίως ut juste, erga nos ipsos σοφρῶνως vel sobriē vivamus. Hoc si egerimus, & præsentia Christi & angelorum servitio fruemur. Christo Victori & triumphatori nostro pro ascensu suo glorioso sit laus, honor & sempiterna benedictio.

A M E N.

F I N I S.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.



LOGIAS
RÆ
agesima Quarta.
SIONE
TI IN
n,
n
Θέα θεώπω
SIDIO
IS MEISNERI
.D.&P.P.
nd disputandum.
nit
US KIRCHERUS
anus.
April. boris po-
nis.
o minori.
ER GÆ,
MAN, Excudebat
l) cxx.

